

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Svmmvla Selectarvm Qvaestionvm Regvlarivm

Bonagrata <von Habsheim>

Friburgi Brisgoiae, 1665

Confessarivs

[urn:nbn:de:bsz:31-160625](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160625)

pernoctare, quanquā nullam à Superioribus licentiam in scriptis haberent, in locis hospitio aduenarum Sæcularium deputatis; nec non & in his, Monialibus, quæ quandoque ad hospites excipiendos & vnā conuiscendum à Superioribus destinantur, colloqui, modò ipsi fratres ad Claustrum seu crates & locutorium non conuerfentur, vel aliquam earum venire aut mitti propterea non procurent.

CONFESSARIVS.

91. *Pralati sibi subditorū confessiones excipiendi potestatem habent ordinariam, quam idèò delegare possunt, atque etiam debent alijs.*
92. *Deputatio Confessoriorum fit à tota Definitione: In casu necessitatis à Guardianis.*
93. *Determinatio Confessorum fit ad certum locum & tempus.*
94. *Liberum est cuiuis eligere Confessarium ex electis: semel electum absque licentia mutare non licet.*
95. *Pralatus inferior & Vicarij quando delegare suam Iurisdictionem possint. Definitorum Generales excipere valent Confessiones per rotum Ordinem: Prouinciales per totam Prouinciam.*

96. *Itine*

96. Itinerantes num possint consecrari extra
Ordinem?
97. Privilegia Regularium audiendi Sacula-
rium Confessiones.
98. Privilegia Capucinatorum ad Confessiones
Sacularium.
99. Deputatio Confessorum pro Sacularibus
spectat ad Definitionem.
100. Debent approbari ab Episcopis.
101. Approbatus in vno Episcopatu, num possit
excipere Confessiones in altero?
102. Vsus approbationis Confessariorum.
103. Requisita pro Confessario.
104. Prouincialis num possit instituire Confes-
sorem solus?
105. Confessarij Sanctimonialium.
106. Differentia Confessarij Sacularis, & Re-
gularis.

91. **D**E Iurisdictione ad Confessarios
Regularium in subditos Religio-
sos, res comperta est, Prælatos habere po-
testatem ordinariam, per Gl. receptam & sin-
gularem in Clem. Monasteriorum. de rebus
Eccl. non alien. Ibi: Prælati proprij. Barbos.
Ibid. Dian. p. 8. tr. 3. Res 42. Cùm enim il-
lorum sint Pastores ordinarij, in eos etiam
translata est cura, quam Episcopi vel Paro-
chi habent circa Saculares, pari modo si-
bi subiectos. Qui proinde ad instar alio-
rum

XCI.

Potestas
Prælato-
rum in suo-
rum Con-
fessiones.

K3

rum

rum ordinariorum Iurisdictionem suam alijs delegandi potestatem habent. Soar. 10. 4. de Relig. 17. 8. l. 2. c. 15. Imò regulariter loquendo, debent hanc authoritatem delegare ex Decreto. Clem. 8. de cas. res. quo iubentur Prælati in singulis domibus deputare duos, tres aut plures Confessarios, pro subditorum numero maiori vel minori &c.

XCH. 92. Ista deputatio cum apud nos Capucinos, vt notat P. Coriol. de cas. res. p. 1. sec. 2. a. 3. pro diuersitate Prouinciarum fuerit admodum varia, cum in vna deputarentur à Capitulo, in alia solus Prouincialis faceret, modò spectat solum ad Prouincialem & PP. Definitores ex statuto Capituli Generalis. 1643. Quod si tamen propter aliquam mutationem, infirmitatem vel aliam causam, sufficiens numerus Confessorum non sit, per mittitur ibidem PP. Guardianis, vt huius certiore proinùs faciant P. Prouincialem; Interim verò prouideant ipsi, prout necessum fuerit. Quod iam aliàs etiam in Capitulo Generali An. 1608. iisdem, & in eorum absentia illorum Vicarijs concessum fuisse testatur P. Cyprian. lect. 17. ad c. 7. Reg. modò tamen ad audiendas confessiones aliàs admissi fuissent per Prouincialem, & non suspensi ab administratione Sacramenti Pœnitentiæ.

93. Sacerdotibus etiam ad Confessiones fratrum excipiendas admissis, prohibet ordinatio Generalis, An. 1656. §. de Confessione. huius exercitium, nisi pro locis, seu Conuentibus, pro quibus in tabulis Capitalibus familiarū notati habentur, quod fit appositione signi ✠ atque pro tempore ipsis determinato.

94. Liberum porro faciunt Constitutiones Ordinis c. 7. singulis fratribus eligere quemcunque voluerint, ita tamen ut absque licentia P. Guardiani, vel Superioris loci, Confessorem semel sponte acceptatum postea non mutant; quod ex frequenti mutatione Confessarij anima parum proficiat in vita spirituali. P. Coriol. p. 1. sec. 3. a. 21. ob quem etiam profectum Constitutiones l. c. hortantur, ut quisque minimum bis in hebdomade Sacramentum hōc Pœnitentiæ frequenter.

Si quis ad libitum absque licentia mutet Confessarium, absolutio nem data in nihilominus tenere affirmat P. Coriol. l. c. tūm alias ob rationes, tūm etiam quod, cūm dubium hoc fuisset propositum in Congregatione pro Reformatione Regularium à Paulo 5. ita conclusum atque determinatum fuerit; sic referente P. Hieronymo à Castro

XCIII.

Determinatio
natio Cō-
fessario-
rum.

XCIV.

Confessario-
rum Ele-
ctio.

nistro Generali, qui tùm fuerit ad talem Congregationem iussu eiusdem Papæ & ipse cooptatus.

XCIV.
*Confessarius
vioris de-
legatio.*

95. Non obstante delegatione vel ordinariâ Commissione, quam superior Prælatus ex officio fecit, constituendo Confessarium ordinarium, potest inferior Prælatus virtute ordinariæ suæ Potestatis extrordinariè Iurisdictionem suam alijs delegare, vel ex parte Sacerdotis, dando illi directè Iurisdictionem, vel ex parte subditi pœnitentis, dando illi facultatem eligendi Confessorem. Solùm obseruare debet Prælatus, ne hoc faciat modo sibi prohibito per suam Regulam, statuta vel ordinationes & consuetudines vim legis habentes, proptet quas in Religione nostra Capucinatorum ipsis etiam Superioribus extra Ordinem confiteri non licet. P. Coriol. *p. 1. sec. 3. a. 13.* Intrâ Ordinem verò possunt ipsi Guardiani, sicut & omnes Prælati aliarum Religionum, vt Abbates, Generales, Prouinciales, &c. seipsos, cui voluerint, Confessario absoluendos subijcere. P. Polit. *in c. 7 Reg. n. 39.* In quo tamen est seruanda pariter praxis, quam refert P. Coriol. *cit. sec. 1. a. 21.* iuxta quam in ordine nostro Generalis in toto Ordine, Prouincialis autem in sua Prouincia eligunt sibi quemcunque

Sacer-

Sacerdotem Confessarium, licet non sit deputatus ad Confessiones audiendas; quia ipsi Prælati Maiores cum illo actu dant eis facultatem, & ad Confessiones audiendas admittunt. Idem videtur dicendum de Commissarijs Generalibus & Prouincialibus.

Guardiani verò, cum non habeant facultatem instituendi Confessarios, cum hoc ad Prælatos maiores pertineat, eligunt vnum de deputatis. Idem etiam licet ex consuetudine & praxi Vicarijs, sed aliter quàm Guardianis & cæteris, qui sunt verè Prælati: Tales enim vbilibet existentes, etiam in Monasterio alieno, possunt sibi eligere Confessarium: at Vicarij Conuentus solummodo in domo seu Conuentu, in quo curam habent, id possunt; Et neque in tali loco liberam facultatem tenent, sed solum in absentia suorum Guardianorum; alioqui, quando Guardiani sunt præsentés, præfati Vicarij censentur subditi, sicut & cæteri Religiosi illius Monasterij, qui tantâ libertate non gaudent, vt sibi promiscuè eligant Sacerdotem, quantumuis fuerit ad fratrum confessiones expositus, iuxta decisionem factam in Capitulo Generali 1633. & 1643.

Vt Confessarij deputati, alieni Conuentus fratres, vel etiam sui, tempore, quo deputati

tati amplius non sunt, audire & absolueri nequeant.

Atque hinc laudabilem inter nos Capucinos consuetudinem extare testatur P. Sorbo in *Comp. Priu. ad V. Absolutio Ordin. quoad fratres.* & commendat etiam Rodrig. 11. 7. 99. Reg. 9. 21. 4. 3. quod fratres Hospites à Prælati inuicem confitendi licentiam petant, licet necessarium non sit, quando hospites sunt Prælati, vt dicit Cordub. in *dist. Comp. V. Accedere ad Monast. Monial.* tam respectu sui, vt modò dictum, quàm suorum subditorum, quorum Confessiones audire possunt, vbiuis existant, etiam in alieno Monasterio, absque licentia Guardiani seu Superioris loci, P. Coriol. p. 1. sec. 2. a. 221. quia iurisdicctio terminatur ad Personas, nõ ad loca. Vnde sicut Episcopus vel Parochus potest absolvere subditum suum, si cum illo versetur extra Dioccesin suam, vel potest illi dare licentiam eligendi, quem voluerit, Confessarium, ita & Superior Regularis.

Excipiendi sunt etiam hinc Definitores nostri Ordinis, qui ex declaratione præfati Capituli Generalis 1633. si Generales sunt, per totam Religionem: si autem sint Prouinciales, per totam Prouinciam, similiter & PP. Custodes per suam Custodiam fratrum Confessiones excipere valent.

96. Peter;

96. Petes; quid agendum fratribus itinerantibus, qui necessitate confitendi tenentur, ut quia peccato mortali, vel etiam referuato obstricti sunt, & deberent celebrare, ne infamiâ notentur; nullus autem sit inter eos ad confessiones audiendas dicto modo idoneus, adfit autem alius extra Ordinem? Angel. Rodriq. Mirand. apud P. Caspens. *disp. 2. de Pœnit. sec. 4.* affirmant sufficere, si se excitent ad contritionem; Et quod casus iste reputetur ac si non esset copia Confessoris, nec agere contra Trid. *sess. 23 c. 7.* Quia Concilium ibi, licet petat Confessorem ante Celebrationem, intelligendû est, cum adest copia Confessarij. Contra hos etsi P. Caspens. arbitretur in eo euentu teneri ad Confessionem, posteq̃ue tunc illâ dimidiatam facere confitendo solùm non referuata, ut directè ab his absoluator, & indirectè à referuatis; sicut tamen ibidem pauld prius dixerat, standum esse statutis & ordinationibus cuiuscunque Religionis, & consuetudinibus vim legis habentibus, dicendum est, etsi locum habere possit opinio P. Caspens. apud alios Regulares, quibus per licentiam itinerandi, conceditur simul implicite facultas confitendi cuilibet Confessario, siue Regulari, siue Sæculari. Lezan. *10. 1. c. 18. n. 27.* Non tamen apud Capucinos,

XCVI.

Itinerantes num. possint confiteri extra Ordinem?

nos, quibus consuetudo est in contrarium, ut mihi rescripserunt super hoc consulti duo nostri Ordinis Procuratores Generales Reuerendissimus P. Simplicianus à Mediolano modò Minister Generalis dignissimus, & M. R. P. Marcus Antonius à Carpendulo. Et Ratio huius est, quòd omnes nostri Confessores ex Capituli Generalis dispositione relatâ n. 21. jurisdictionem habent directe absoluedi à quibuscunque casibus, ita ut sic absolutus liber existat ab ulterius ea confitendi, etsi cum onere presentandi, quo posito nulla est ratio dimidandi confessionem vel omittendi, quæ ut valida sit, integra esse debet. Hâc facultate. quia extranei Confessores erga nos minimè pollent, perinde est, ac si nulla sit Confessoris copia. Neque obstat, ratio P. Calpens. opinantis Confessionem ante Communionem esse de jure diuino: Esto enim hoc ita sit, adhuc tamen valebit intelligi, cum adest copia Confessoris idonei, prout idemet fatetur *disp. 9. de Euchar. sec. 2.* asserent Concil. Trid. ita disposuisse, non dispensando in præcepto diuino, de præmittenda Confessione ante Communionem, sed declarando, quod jus diuinum in his casibus non obliget. Verùm de his qui plura uolet, consulat P. Polit. in 6. 7. Reg. n. 39. & seqq.

P. Co.

Coriol. cit. a, 10, cum seqq. P. Cyprian.
 ff. 25. inc. 7. Regul. P. Gesuald. Theol. Mo-
 al. p. 1. tr. 24. tr. 7. c. 5.

97. Respectu Sæcularium, habent FF. Minores priuilegia in jure duplicia; Quædam absolutè potestatem tribuunt excipien-
 ti confessiones Sæcularium: quædam po-
 testatem illam magis aut minus extendunt,
 vel quoad personas, vel quoad peccata. Huius generis sunt plurima variorum Pontificum indulta, quæ ipsi, attendentes (vt loquitur SS. Pontifex Pius 5. in Constit. Romanus Pontifex. apud Rodriq. in Bullar. Pij 5. Constit. 2.) ipsos fratres onus diei & astus, tam in Predicationibus, quàm in cæteris spiritualibus muneribus quotidie sustinere, &c. eosdem propensiori charitate, & paterno affectu amplexati, pro suis sanctis studijs, ac honestis laboribus, proque salute animarum, &c. ipsis Regularibus concesserunt ad hæc vsque tempora nostra, quibus, vt habet Peyr. in schol. n. 1. ad Constit. 26. Leon. 10. non minora præstant Religiosi, quàm fecerunt antiqui illi, quorum intuitu SS. Pontifices tot tantaque priuilegia sacris Religionibus primò contulerunt. De his abundè iam actum est V. Absolutio quoad Sæculares.

XCVII.
 Priuilegia
 Regularium
 ad
 Sæcularium
 Confessiones.

98. Primi generis priuilegium speciale habetur Clem. Dudum. de Sepul. in 6. pro FF. Minor-

XCVIII.
 Priuilegia
 Capucinarum.

Minoribus, quo ijs datur potestas, Confessiones Sæcularium sibi confiteri volentium audiendi, tanta & non amplior, quantum Curatis & Parochialibus Sacerdotibus est à jure concessa. In quod quidem Privilegium, teste P. Cyprian. *in c. 7. Reg. lect. 27.* tota Ecclesia in Vniuersali Concilio Viennæ congregata consensit, ac propterea habet pars Iuris Communis.

Cum igitur FF. Capucini sint verè FF. Minores, rectè concludit P. Cyprian. *ibid.* ijs licere Confessiones Sæcularium audire, non ex simplici Privilegio, sed ex Privilegio inserto Iuri Communi à Clem. Dudum. Quod etsi plures nostræ Congregationis Prouinciæ non receperint; quinimo (vt aiunt Annales Ordinis ad An. 1591. n. 2.) cum vndique à populis, præsertim Transalpinis, Capucini ad excipiendas Confessiones quærentur, maximâque ob id molestiâ P. Hieronymus Generalis premeretur, Pontifici supplicatum fuisse, vt antiqua Ordinis Constitutio, quâ fratribus à sæcularium Confessionibus excipiendis cauendum præscribitur, immota Apostolico præcepto stabiliretur; Patrû petitioni annuens Greg. 14. in Bulla, quæ incipit. Decet Seraphicam. An. 1591. die 1. Iun. ipsis Religionis vniuersis Fratribus mandauit, ne Sæcularium quorum-

Omnesque Confessionibus occupari que-
 nt. Nostra tamen Helvetica Prouincia, à
 prima sui fundatione per R. P. Franciscum
 à Aquis Bormijs, qui à Capitulo Generali
 An. 1581. ad instantiam SS. Antistitis Caroli
 Borromæi in Heluetiam destinatus fuit, sta-
 tim ex ordine & Commissione S. Pont.
 Greg. 13. onus hoc habuit, atque in hunc
 usque diem consentientibus Ordinis Superi-
 oribus, non sine fructu maximo exercuit,
 quem vsus denud nobis singulariter & ab-
 solutè confirmauit Definitio Generalis Ca-
 pituli 1650. amplius verò corroborauit vtra-
 que SS. Congregatio De Propaganda fide
 & S. Officij Vniuersalis Inquisitionis, colla-
 tione insignium Privilegiorum, de quibus
 V. Absolutio quoad sacut. Nihil ergo nos
 impedit præmemoratum Greg. 14. Decretū,
 atque etiam alterum similis tenoris Clem.
 8. quod cum illo Gregoriano ponitur in Re-
 gesto Bull. ad finem Annalium Ordinis to-
 1. ab eiusmodi Confessionum excipiendā-
 rum exercitio, prout insuper etiam aduet-
 tunt P. Cyprian. *Vbi supra*, & P. Leander à
 Murcia *ad c. 7. Reg. q. 5. Select.* Vbi post
 laudatas P. Cypriani rationes concludit, in
 hoc esse standum vsui communi & consue-
 tudini quæ legum interpret habetur com-
 munitè. Qualis autem vsus & mos institu-
 endi,

endi, seu designandi, approbandique Confessarios sæcularium apud nostram Helveticam Prouinciam hucusque fuerit, vt consequenter dicamus.

XCIX.
Depu-
ratio Con-
fessorum
pro Sæcu-
laribus.

99. Sciendum est, ab initio quidem potestatem instituendi Confessarios sæcularium, fuisse solum penes M. R. P. Generalem, quousque crescente numero Conuentuum, ipsa quoque, multiplicandi Confessores, necessitas creuit, ipsorumque designatio R. P. Provinciali, cum RR. PP. Definitoribus remissa est. Pro quibus extant varia Prouinciæ monumenta, & facta propterea, pro Sacramento Pœnitentiæ ritè & conuenienter administrando, Superiorum ordinationes; præsertim Relatio P. Alexij à Mediolano (qui An. 1581. bimestri, post aduentum supradicti P. Francisci huc missus, vt Philosophiam prælegeret, secundus fuit huius nostræ Prouinciæ Vicarius electus An. 1591.) transcripta Patribus Capituli Lucernæ celebrati An. 1611. 5. Aug. quâ originem atque progressum huius muneris, excipiendi Sæcularium Confessiones, diffusè describit.

C.
Approba-
tio Con-
fessario-
rum 1677.

100. Porrò cum ex decreto Trid. Conc. sess. 23. c. 15. Nullus etiam Regularis possit Confessiones Sæcularium, etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneus reputari, nisi aut Parochiale beneficium

beneficiū habeat, aut aliàs idoneus iudicetur, & approbationem, qua gratis detur, obineat; Privilegijs & consuetudine etiam immemorabili non obstantibus. Mos est, vt cū nouus aliquis Episcopus eligitur, vel nouum nos Episcopatum incolere incipimus, R. P. Provincialis, vel, eo longius absente, eius nomine Deputatus aliquis, adeat Illustrissimum ac Reuerendissimum D. Episcopum, rogetque cum debita reuerentia & obseruantia, quatenus de eiusdem consensu, more & facultate hætenus vsitata, Sæcularium Confessiones excipere nobis liceat, &c. obsecro eiusmodi consensu ipse dein P. Provincialis cum PP. Definitoribus vnà congregatis, cū quis Sacerdotum ad Confessarij munus promouendus videtur, habito super eius idoneitate (ad quam præter doctrinæ sufficientiâ, morum probitatem, &c. insuper requiritur, quod decem in ordine transegerit annos, nisi ob causas rationabiles dispensatio interueniat, quam posse dari à P. Provinciali declarauit Reuerendissimus P. Fortunatus à Cadoro Minister Generalis in Definitorio Provinciali An. 1633.) discursu, Vota colligit secretò singulorum Patrum, quorum plures aut omnes si iudicauerint admittendum, vel ipsimet vel eorū nomine deputati Patres eundē examinant,

L cumque

cumque sufficientem inuenerint, itidem
 Confessiones secularium excipiendas ad-
 missum pronuntiant, & c. Qui mos Triden-
 tine Sanctioni vel Constitutionibus alij
 Pij s. & Urbani 8. quatenus Decretū illud
 examinandi & approbandi obseruetur, etiam
 sint Doctores, aut in Theologia de Superi-
 orum suorum licentia graduati, vel pro-
 moti, vel à suis Magistris Generalibus vel
 Prouincialibus pro Sæcularium Confessio-
 nibus expositi, & c. neutiquam repugnat;
 cum perindè sit, siue per se, siue per alium
 virū idoneum, cuius prudentiæ eam com-
 mittit, Episcopus approbationem conce-
 dat; quod satis indicant ipsa verba Conci-
 lij, *si videbitur esse necessarium, aut alijs ido-
 neus iudicetur, & c.* atque de huiusmodi vsu
 attestatur Coninc. *de Sacr. to. 2. disp. 18. n. 49.*
 & quoad approbationis huius commil-
 sionem ipsis Prælati Religionum insinuat
 P. Urban. ab Ascens. *Theol. Moral. tr. 2. disp. 1. Regul. 1.* Nec non & ipsa statuta Diocæ-
 sana Constant. *p. 1. tit. 11.* Vbi Superiores
 Mendicantium, & quorumuis Religiofo-
 rum priuilegiatorum admonentur, Vt in
 designandis Confessarijs maioris eruditionis
 & prudentiæ, quàm ab aliquibus hactenus
 factum fuerit, rationem habeant: Ne
 nos, aiunt, eorum approbationem iuxta men-

tem S. T.
 gamur.
 muni B.
 Clem. I.
 gantur
 Sacerd
 tur pe
 eius co
 fessio
 hoc a
 Reg. S.
 nisi q
 Præla
 su C
 quod
 que
 seu
 Nau
 99. R.
 1. 9. 4.
 Nam
 Conc
 obpan
 Non
 gis,
 tam
 ord
 re
 ul

tem

in S. Trid. Conc. nostro arbitrio subſcere co-
amur. Est denique conformis juri com-
uni Extrau. super Cathedram. de Sepult. Es-
lem. Dudum. In qualicet alia inſuper exi-
antur, de neceſſitate tamen ſufficit, quod
acerdos eiſmodi Epifcopo loci praeſente-
tur per Praelatum maiorem, vel alium, ex
ius commiſſione, ad finem audiendi Con-
feſſiones ſaeculariu, & quod ab Epifcopo ad
hoc admittatur. P. Cyprian. *lev. 27. ad c. 7.*
Reg. Siquidem intentio d. Clem. alia non ſit,
nisi quod Regulares Sacerdotes non inuitis
Praelatis Maioribus, ſed de eorum conſen-
ſu Confeſſiones ſaecularium audiant, &
quod id fiat cum bona gratia Epifcopi. At-
que hanc formam nullatenus eſſe reuocata
ſeu derogatam per Trid. vbi ſupra, tenent
Nauar. in *Man. c. 27. n. 264.* Rodriq. *to. 1.*
qq. Reg. q. 50. a. 2. Mirand. in *Man. Prel. to.*
2. q. 45. a. 5. Et alij plures apud Barboſ. in *di-*
ctam Clem. Et Baſſæ. *V. Confefſor. 3. n. 8.* quia
Concilium ſolum derogat priuilegia: non
obſtantibus, inquit, quibuſcunque priuilegijs.
Non vero derogat id, quod habet vim le-
gis, vt eſt priuilegium in corpore juris inſer-
tum, quod non tam eſt priuilegium, quam
ordinarium, ſicut caetera omnia, quae in ju-
re decernuntur: vnde per generalem pri-
uilegiorum reuocationem non derogatur

ijs, nisi de hoc fiat expressa mentio. Quamvis ergo respectu aliorum Regularium in hoc derogatum sit, non tamen respectu FF. Prædicatorum & Minorum, quibus, non ut reliquis Religiosis ex privilegio, sed vi iuris communis, in Conc. Generali Viennensi statuti, competit sic posse audire Confessiones Sæcularium. Accedit quod per formam Clem. dictæ admissus, verè (nisi aliud obstat) indicatus est à jure idoneus, quia prævio examine Prælatorum ordinis, ad hoc per Sedem Apostolicam deputatorum, secundùm omnes qualitates à S. Sede requisitas, cum conscientia obligatione ad officium Confessarij est electus, & legitime Episcopis præsentatus, & consequenter iuxta rigorem etiam Tridentini textûs, *Alias*, id est, alio modo à S. Sede approbato, idoneus reputatus est. P. Marchant *de iz. fund. FF. Minor. tit. ii. sec. 4. §. 3. Prou. 6.*

Cl. 101. Quinimò auctam potius fuisse facultatem in Conc. Trid. prius in Clem. concessam FF. Minoribus & Prædicatoribus, doctè probat P. Cyprian. *cit.* ut semel approbati secundùm Clem. amplius non debeant examinari, approbati aut reprobari etiam à Successoribus Episcopis, dum per eam conceditur Prædicatoribus & Minoribus eadem autoritas, quam habent Parochij;

Cl.
Approba-
tus in S. no
Episcopa-
tu num
sit etiam
pro alio?

ni; sed Episcopi à Parochistollere autho-
 tatem absoluendi minimè possunt, cum
 e jure diuino illam habeant, vt ex Trid.
 t. colligit Ioannes de la Cruz de *Statu Re-*
g. l. 2. c. 6. dub. 4. conc. 4. cum quo senti-
 nt Sot. Henriq. Vasq. & alij plures relati
 Barbos. *vbi supra. n. 6.* Item quòd qui ap-
 probatus est in aliquo Episcopatu, possit per-
 rident. absoluere in omnibus, ita quod
 non sit Regularibus necessarium præsentari
 in singulis Episcopatibus. Quæ mordi-
 cùs quoque, vt ait Dian. *p. 6. rr. 7. Res. 60.*
 & eius Sum. *V. Regularium Priuileg. in ministr.*
acr. sustinet Cellot. de Hier. l. 5. c. 24. Item
 que noster Caspens. *rr. de Conscient. disp. 3.*
ec. 4. qui Seraphico tamen spiritu imbutus
 tenique Regulares monet, vt parcè & mo-
 destè in praxi hanc opinionem vtantur, curan-
 tes semper habere approbationem ab Ordina-
 nario illius loci, in cuius Diocesi resident,
 tum ob debitam reuerentiam & humilita-
 tem, tum etiam ne exinde aliquod scandala-
 tum oriatur. Quod ego quidem permaxi-
 mè suaserim in vsu quorumcunque priuile-
 giorum, ex quo Prælatorum eiusmodi
 Maiorum pertimescenda foret offensa, vt
 fiat cum bona eorum venià; quando Se-
 raph. N. Patriarcha Sacerdotes quoscunque
 ita reueritus est, vt testamento eorum reli-
 querit:

querit: *Etsi haberem tantam Sapientiam, quantum Salomon habuit, & inuenirem pauperulos Sacerdotes huius Seculi, in Parochijs, in quibus morantur, nolo predicare contra voluntatem ipsorum, &c.*

CII.

*Vsus ap-
probatus
Confessa-
rius.*

102. Quare si Reuerendissimi D. D. Episcopi non contenti præmissâ præsentandi formâ, vellent sibi fratres personaliter præsentari, id omninò faciendum esset, iuxta Collectorem Priu. Mend. V. *Præsentatio Confess. i.* præsertim quia possunt eos examinare per se, ad quod requiritur præsentia, Qui etiam propterea post aliqua subiungit consulendo, ad euitandum & euadendum tot ambages, securius esse, quod Provincialis per se, vel per alium, accedat ad Episcopum, rogans eum, quòd admitrat tot Confessores, quot ipse determinatos habebat in sua intentione, supplicans ipsi, quòd eos acceptare dignetur, ac si in omnibus, & per omnia seruata esset forma Iuris in Clement. Dudum. Et in Conc. Lateran. (adde nunc etiam Trid.) Quod si dignetur facere, tales Confessores sunt præsentati in illa Diocesi per totam vitam suam, dum tamen intendat ipse, quod facit. Si autem Episcopus noluerit, oportebit seruare prædictam formam (in Trid. præscriptam) aliàs non possent fratres audire confessiones

nes

es de iure, ac per consequens non absol-
ere.

103. Quæ sint necessaria illi, qui ad
Confessionis officium assumendus est, per-
tractat breuiter Seraph. Doctor S. Bona-
uentura in op. Apologer. in eos, qui Ordini FF.
Minorum aduersantur q. 4. vtiliter omninò
legendus, tam ab his, qui tales admittunt
vel examinant, quàm ijs qui ad id assumun-
tur, vel aspirant indignantes, si tardiùs pro-
moueantur.

104. Pro Monialium Confessarijs quæ-
dam singulariter aduertenda supersunt.
1. Quemadmodùm Religiosi tam exem-
pti, quàm non exempti Superiorem habent
proximum, qui est veluti Sacerdos omninò
proprius, & habent etiam remotos; Ita &
Moniales, quarum quæ subditæ sunt Epis-
copo, habent illum tanquam proprium Sa-
cerdotem, qui tamen designare potest ali-
um, qui vices suas gerat: quæ verò subditæ
sunt Religiosis, habent proprium Superio-
rem & Vicarium tanquam proprium Sacer-
dotem. Soar. 3. p. 19. 4. disp. 25. sec. 2. n. 13:
Vide & hanc Summ. V. Prælati Regularis. Et
V. Sorores Tertriaria. Pro his ergò

2. Notanda est Constitutio Conc. Trid-
sess. 25. c. 10. de Regul. vbi dicitur: Præter or-
dinarium autem Confessorem (scilicet Monia-
lium)

L 4

CIII.
Requisitæ
pro Con-
fessario.

CIV.
Confessarij
Monia-
lium.

lium) alius extraordinarius ab Episcopo, & alijs superioribus, bis aut ter in anno offeratur, qui omnium Confessiones audire debeat, &c. Non quod offeratur simul ab Episcopo & Superioribus Regularibus, sed vt Episcopus offerat in Monasterijs sibi subditis: alij verò in exemptis. Nullo tamen modo possunt Abbatissæ & aliæ Monialium Præfectæ eum extraordinarium designare, nisi Superior, cui subest Monasterium, saltem tacite consentiat, sed est ipsorum Prælatorum. Posset tamen Episcopus offerre Monialibus sibi non subiectis, si ex nullâ ratione induci possent, vt confiteantur suis Regularibus Confessoribus, vt respondit S. Card. Cong. Barbos. in Collect. Conc. Trid. cit. n. 4. Et de Offic. & pot. Episc. alleg. 25, p. 2. n. 48. nec tenebitur dare Regularem, sed poterit assignare etiam Sæcularem. Item concessio non videtur restringenda ad vnũ tantum, cum fauor Tridentini hoc modo esset valdè diminutus, cum tamen quieti & conscientijs Monialium velit consulere. Per hoc tamen decretum non impediuntur Moniales confiteri ordinario, si velint; quia non tenentur vti fauore sibi oblato; cauendum tamen ne Confessarij ordinarij eas etiam indirectè adigant, ad sibi confitendum, v. g. austerius cum illis agendo, quia id

ad Tridentini scopo aduersaretur. Ita de
mente S. Cong. P. Bassæ. V. Confessarius. 1.
2. 22.

3. Ex nouo Decreto Greg. 15. in Bulla:
Inscrutabili. An. 1621. 20. Sept. Confessores si-
ue Regulares, siue Seculares, quomocunque
exempti tam Ordinarij, quàm Extraordinarij
ad Confessiones Monialium, etiam Regularibus
subiectarum audiendas nullatenus deputari va-
lent, nisi prius ab Episcopo Diocesano idonei iu-
dicentur, & approbationem, que gratis conce-
datur, obtineant, &c. Publicatum hoc De-
cretum typis fuit in hoc Episcopatu Con-
stantiensi primùm An. 1623, Et rursus An.
1657. adiuncto Mandato Episcopali, in quo
vniuersis & singulis, exemptis, & non ex-
emptis, ad ministeria Ecclesiastica deputa-
tis, inhietur, ne post hac (ita sunt verba illi-
us) RR. & Religiosos PP. Societatis Iesu & Ca-
pucinos, ad eos vel Monasteria Monialium (qui-
bus iam dictos PP. vigore S. Conc. Trid. & præ-
insertæ Constitutionis Pontificiæ pro extraordi-
narijs Confessarijs deputamus) concionandi,
Confessiones audiendi, Christianam doctrinam,
aliaque pietatis opera exercendi gratiâ acceden-
tes repellant, sed & illos, & quosuis alios nostros
Visitatores seu Commissarios ad eos vel illa, pro
effectu seped. Apostolicæ Bullæ destinandos, beni-
gnè recipiant & honestè tractent, si grauem no-

Ls

stram

fram indignationem & penam comminaram euitare voluerint. *Hac ibi.* Quibus insigni omnino gratia, & approbatio nostrorum Superiorum approbatur, & licentia insuper amplissima confertur sine restrictione locorum aut Personarum, quousque sese Episcopalis extendit iurisdictio, praesertim verò Sanctimonialium, pro quibus ceteroqui peculiaris Superiorum licentia requiritur, *secundum dicta V. Absolutio quoad Saecul. n. 50.*

CV.

*Prouinci-
alis per se
solus po-
test instr-
uere Cō-
fessorē sa-
eculariū.*

165. Quæres; vtrum supposito Generali statuto, vt Confessarij Sæcularium non fiant nisi in Capitulo per Prouincialem cum Definitoribus in Definitorio, possit ipse Prouincialis visitans Prouinciam solus instituere aliquos Confessores Sæcularium? *Re. affirm. cum Portel. in Resp. Moral. p. 2. casu 29.* Vbi hoc ampliat, etiamsi habeatur in ipso statuto expressum: Prouincialem extra Definitorium non posse aliquem per se instituere Confessarium Sæcularium, quamuis Definitorium id committat Prouinciali in speciali &c. Hoc tamen non obstante, Confessores à Prouinciali solo institutos, validè institutos esse in foro conscientia, & proinde Confessiones ab illis auditas esse validas, dummodò seruet in hoc præscriptum Clem. Dudum. Et Trid. *cit. de appro-*

approbatione Confessariorum Regularium &c. quibus Prouincialis tantummodò requiritur. Taliter tamen Confessarios instituens Prouincialis, pro qualitate statuti obligantis vel ad culpam vel ad poenam, culpæ aut poenæ obnoxius erit.

106. Hic aduerte Differentiam Confessarij Sæcularis & Regularis, nam Sæcularis Clericus, qui Episcopo subiectus est, cum præuio examine ad SS. Confessiones audiendas approbatur, ab eo etiam Iurisdictionem in Pœnitentium Diœcesanorum personas accipit, quod secus est in Sacerdote Regulari, qui cum ab ordinario sit omninò exemptus, & Sedi Apostolicæ immediatè subiectus existat, nulla per ipsius Episcopi approbationem, Iurisdictione ei tribuitur, sed illam, approbatus, statim ab ipsa S. Sede & Pontifice, per Priuilegia Ordini concessa, immediatè consequitur; quâ quidem Iurisdictione, non solum Personæ illius Ciuitatis & Diœcesis, in qua fratres approbantur, sed etiam forenses, & aliarum Diœcesium in eâ ad illos confluentes, eis in foro Pœnitentiæ subijciuntur, illòsque audire valent vbique, *vt aliàs dictum V. Absolutio quoad Sacul. n. 51.* Hæc autem Iurisdictione cum ob decretum Trid. Conc. sit ipsi Regularibus suspensa, donec ab Episco-

CVI.

Differentia Confessarij Sæcularis & Regularis.

po prius examinati approbentur, aut aliam idonei ab eo iudicentur, secuta approbatione, iam eis Iurisdictionis potestas conceditur. Unde sequitur, quod Episcopus, si praeuio examine Regularem idoneum inuenerit, illum simpliciter absque vlla temporis, loci, seu personarum limitatione, indistincte approbare & admittere debeat atque teneatur. Lud. Cellot. *de Hierarch. l. 5. c. 24. apud Dian. p. 6. rr. 7. Res. 61.* Nam Episcopus, vt dictum, non dat illi auctoritatem, sed tantum eum examinat de idoneitate, & si idoneum iudicat, Iurisdictionem illi dat S. Pontifex ipso iure. Secus est, si non aded idoneus reperiatur, tunc enim Ordinarij arbitrio cum limitata facultate admitti potest, vt à S. Cong. Regul. die 2. Iul. 1587. declaratum fuisse testatur Confess. *in summ. Priu. tit. 17. c. 4.* Quomodo Praelati Regulares suorum subditorum facultates limitare &c. valeant, dictum est *V. Absolutio quoad saecul. n. 32.* Quanta etiam sit eorum potestas, ex instituto pertractatum est *V. Absolutio. Et V. Casus reseru.*

CONSTITVTIONES.

107. *Constitutiones, Regula, & praecepta qui differant.*
108. *Constitutiones per se non obligant ad peccatum.* Ex